



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Nicolaus Zambecarius n. 69

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

*Speculum
integerrima
Sancti-
tatis poli-
tissimum.*

*Spiritali-
bus incre-
mentis
Ecclesia
horreum
locupletans*

*Cælo, &
Orbi fru-
tuosa, ac
hostibus
formidolo-
sa.
Cant. I. 5.*

*Laudatur
cum suo
fundatore.*

*Ex Missio-
nibus, &
alijs mini-
sterijs.*

natum euellere nititur, Christique, ac Ecclesiæ agrum lolio, ac tribulis expurgare. Viget Religio ab ipso fundata incorruptione morum, integerrimæ sanctitatis speculum politissimum, iuuentuti excolendæ, & erudiendæ addicta pro gloria summi Numinis (quod vnicum in votis semper fuerat Ignatio,) spiritualium bonorum incrementis Ecclesiæ horreum locupletans. Nec immerito veste nigra hæc dilecta IESV Societas tegitur: excipit nimirum liuidæ iectus inuidiæ, maleuolorumque persecutionibus impetitur absque vlla integritatis ingenitæ iactura. Ipsi sese denigrant aduersarij, suisque telis conficiunt, immeriti scelerum fœculentiæ. Potest libere illud sapientissimi Regum Societas vsurpare effatum: Nigra sum, sed formosa; etiam fructuosa & cælo & Ecclesiæ, & Orbi Vniuerso, laboriosa meritis, formidolosa hostibus. *Hæc ille apud P. Nicolaum Lancicium Tom. 2. Opuscul. spirital. 17. de præstantia Instituti Societatis num. 255.*

69. A NICOLAO ZAMBECCARIO Secretario Sacra Congregat. in Oratione coram S. D. Greg. XV. supra Canonizat. S. P. Ignatiij, de quo postquam dixisset, Hominem esse iuuandis hominibus vere natum, addit, Qui Societate, quam IESV Nomine appellauit, institutâ, atque à Paulo III. confirmata, id efficere conatus est, vt in peculiari Obedientia Sedi Apostolicæ præstanda, in pueris Christiana doctrina imbuendis, in Missionibus per omnes terrarum partes obeundis, nulla esset ætas, nulla hominum conditio, nulla vbiq; natio, quam homo in omnium salutem intentus, huius institutione familiæ non complecteretur. *Et postea:* Itaque cum ex varijs Orbis terræ locis, Ciuitatum, Regumque inuitatu homines Societatis expeterentur, ipse ductis Colonijs, domibus, Collegijsque fundatis, ex hac Vrbe varijs expeditionibus ad ignotas, nec vnquam auditas, nedum aditas nationes, Euangelij lucem inferre, fidei desertores ad Ecclesiam reuocare, orthodoxos in Religionis cultu stabilire, ita perpetuo studuit, vt tamen interea huius curam Urbis non omitteret, &c. *Hæc ille.*